SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt (u. a. Neustift), 15. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35497
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

qua apparuit gloriosus in merito Beato abraham sanctitatis qui nunc est
gloriosus in merito primo Primum respicit gloriam meritorum in via Secum
respicit gloriam premiorum in patria Notat ergo primo gloria meriti
qua fulsit in via cum dicit Magna est gloria eius in salutari tuo Secundo
notat gloria premij qua nunc splendet in patria cum addit Gloriam et
magnum decorem imposuisti super eum Est ergo hic totalis sermo de gla
que est tam in via quam in patria Et ideo notandum quod triplex est gloria
Prima est vana et mala et in fugienda Secunda sta et bona et ideo est
sectanda Et tertia est optima et perfecta et in appetenda Prima tem
poralis sunt carnalis Secunda spiritalis Et tertia eternalis Dico quod pri
gloria est temporalis et carnalis et mundana et est mala quia peccati
est causativa Unde dicit in psalmo Quid gloriaris in malicia Vn gloria ma
la Unde psalmo qui enumerat mala subdit huiusmodi male glorie penam dicens
Deus destruet te in finem eullet etc Hec autem mala gloria
invenit in quorum dicta Nam quidam gloriantur in alta potentia Quidam in profunda
sapientia Quidam in certum opulentia Et quidam in pulcritudine apparentia Dico
quod sunt quidam quorum gloria est in sublimi potentia qua sibi subiecerunt omnia
Ceusanicos homines et punicta Et de hac habetur exemplum iudicum
Ubi dicitur quod expulsaverat rex medorum subjugaverat multas gentes im
perio suo Et Edificavit civitatem potentissimam etc Et sequitur quod stabat
quasi potens in potentia exercitus sui et in gloria quadrigarum suarum Et
attende quomodo domum suam infundaverat in harena et super ventum posue
rat potentiam suam que non sustinet super se posita si omnia talia sunt
ruine potentia Quia sicut statim idem sequitur nabuchodonosor est
in bello victus gloriam simul perdens et regnum Ubi nunc est vera
gloria ut potentia cesaris qui primus solus imperium obtinuit a quo
omnes imperatores appellati sunt cesares quem romani stulis non gla
diis tradiderunt Ubi nunc est vera potentia neronis qui fugatus a romanis
fustem dentibus arripuit qua sibi orbem totum subiecit et qui tam omnis
regnavit et ultimo veneno interiit Exemplum Valde leo glosus
incedit si dum suam vanam potentiam non aperuit infoueam sepe ruit
Ze qua ut exire non possit submittit colla cadentis ergo in potentia nullo
est gloriandum si semper de casu timendum Unde ne non gloriet fortis